



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. VII. De priuilegiarijs regularum monasticarum mitigationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

superstitēs; nec quemquam excludit.

RESPONSVM. VII.

*De privilegiarijs regularum
monasticarum mitigationi-
bus.*

C Vp̄t Concilium Trid. s. 25. *de regular. c. 1.* veterem regularem disciplinam instaurari, & confirmari, & regulares ad regulam, quam professi sunt, prescriptam vitam instituire: & *ibidem c. 22.* quæ decreta sunt in omnibus omnino monasterijs obtinere, non obstantibus quibuscumque privilegijs, quamvis *ibidem c. 20.* Ordinum privilegia in alijs, quam quæ ibi statuuntur, firma voluerit esse, & illæsa.

Procul dubio per hæc restauranda est vetus, & primæua disciplina; quæ superiorum negligentia, & subditorum languore lapsa est. *c. recolentes. X. de statu regul. cæterum* si quid per apostolica privilegia mitigatum est, non mox sublatum id omne censetur. *Navarr. Comment. 3. de regular. n. 33. Rodrigues tom. 2. q. reg. quæst. 74. art. 4. & 5. vide quæ diximus in consult. can. de regular. conf. 15. 20. sic D. Benedictus Reg. c. 39. esum carniū suis interdixit: c. cum ad monasteriū. X. de stat. monach. & quædam privilegia apostolica, aut vsus alicubi immemorialis, illud mitigarunt: de quo egimus in Consult. can. de consuet. conf. 1. non est ergo verisimile abolita hæc esse omnia per Concilium. cum videamus Cistercienses, aliosque integros Ordines vti privilegiaria mitigatione; quod verisimiliter non toleraret ecclesia; si talia privilegia essent abrogata. adeoque neque possunt Superiores professis mitigatam regulam, inuitis imponere primæuam austeritatem; contra*

receptum taliter Concilij intellegam. vt & rectè scripserit Sa. u. religio Romæ probatus, Concilij intentionem non fuisse legitimè relaxata, aut mutata per d. c. 1. prohibere. quod & iuuant verba d. c. 1. *ubi collapsa est vetus, & regularis disciplina, instauratur, & confirmatur, ubi conseruata est, perseruetur* ubi enim per privilegia non subreptitia est mitigata; non potest dici collapsa. ibi ergo d. c. 1. non præcipit instaurari: eo ergo non porrigitur derogatio privilegiorum quæ est subiecta in d. c. 22. quæ afficit tantum in superioribus decretis contenta, vt inquit.

Quare etiam, quod generatim traditur, hic debet obseruari, vt fortiter & suauiter reformatio lapsæ disciplinæ fiat, ne nimum emungendo eliciatur sanguis. *Prou. 30. Navarr. Comm. 3. de regul. n. 30. 34. Rodrig. 1. 2. q. 74. art. 4. & cum porro persuadeatur paulatim, si fieri potest, bene currentibus, non absolute vel intempestiue præcipiatur, aliquid remittere de mitigatione. inuitis enim vsus immemoriales non damnati, & per Concilium non reuocata privilegia, vt diximus, auferri non possunt. c. cum in cunctis. c. ex parte. X. de his quæ sunt à maiori parte. Cap. 1. 1. 2. & tot. tit. X. de his quæ sunt à prelat. sine cons. Cap. vt & superioris & paucorum renuntiatio alijs nocere non possit. Mirand. p. 2. q. 43. art. 2. concl. 6. Rodrig. 1. 3. q. 51. art. 5. Portel. v. privilegium n. 52. nec, si quid ille in sua electione vltterius promissit, reliquorum conditionem deteriozem facere potuerit.*

Privilegia
mitigato-
ria primæ-
uæ austeri-
tatis vt nõ
sint abro-
gata.